

*mus eorum, quibus legio pareret. Eo igitur tempore proconsuli ius fuit dilectus in sua provincia instituendi (militem origine Karthaginensem fuisse etiam tribus ostendit), ut ius ei fuit donorum militarium tribuendorum (Tac. ann. 5, 24; Suet. Tib. 32) [Mo. Eph. ep. 4 p. 537].*

**2306** d. m. | M. Sili M. f. Quir. | Fausti Am.<sup>1</sup> mil. | leg. III Aug. | def. in Parthia<sup>2</sup>, | vix. an. XXXXI, | fratri pientissim., | L. Silius Rufinus sig.<sup>3</sup> | leg. III Aug. et Silius | Quietus mil. leg. eius.

*Lambaesi (VIII 2975 vidit Wilmanns). — 1) Ammaedara. — 2) Defuncti in Parthia, fortasse, ut coniecit Wilmanns, in expeditione Severi. — 3) Signifer.*

**2307** . . . [mater] miserissima, Sept. | Ingenuo eq. leg. | XIII Gem., qui Partia (sic) | decedit in bello, | Sept. Iuliano eq. | [l]eg. XI . . . . .<sup>1</sup>  
*Carnunti (Petronell) (III 4480 vidit Mommsen). — 1) Extrema incertae lectionis.*

**2308** . . . . . | et perpetuae sec[uritati] Aur. Satull[ino] mil. leg. | I Adi., [qui] vixit annis XXIII, stip. VI, incursu hostis Daciae decedit, et Aur. Satullo q[ui] vixit annis XIII, | Aur. Acutus mil. leg. I Ad. pat. | filis bene merentibus posuit.

*In Pannonia, inter Aquincum et Brigetionem, loco dicto Bajna (III 5660 semel descripta).*

**2309** d. m. | Aur. Iustino militi | leg. II Ital.,  $\Theta$ <sup>1</sup> in exp. | Daccisca, an. XXIII, | Aur. Verinus vet.<sup>2</sup> et | Mess. Quartina pa|rentes fecerunt.  
*Celeiae (Cilli) (III 5218 vidit Mommsen). — 1) Obito. — 2) Veteranus.*

**2310** d. m. | Aur. Vitali | mil. leg. III Fl., | stip. VII, vixit | ann. XXV, agens | expeditione | Germaniae<sup>1</sup>, Flavius Proculus mil. leg. s. s., | secundus heres contubernali bene mere[n]ti f. c.

*Spirae rep. a. 1600 (Brambach 1800 a prioribus). — 1) Fortasse significatur expeditio Caracallae.*

**2311** . . . . . T. f. Polia Marci[anus] cas.<sup>1</sup>, vet. leg. V Mac. ex | [b. f. c]os.<sup>2</sup>, milit. coop. imp. | [Antonin]n. III cos.<sup>3</sup>, funct. ex[pedit]t. Orientali<sup>4</sup> sub St[at. Pri]sco<sup>5</sup>, Iul. Severo<sup>6</sup>, M[art. | Vero]<sup>7</sup> c. v., item Germ.<sup>8</sup> sub | [Cal]pur. Agricola<sup>9</sup>, Cl. Fronton[e]<sup>10</sup> c. v., m. h. missione in Dalcia Cethe. et Claro cos.<sup>11</sup> | sub Cornel. Clemente<sup>12</sup> c. v., r[e]vers. at lares suos<sup>13</sup>, et<sup>14</sup> | Marcia Basiliss. matre | dend.<sup>15</sup> enupt. sibi, Val. Longa sorore, pro sal. sua suor. q.

*Troesmi (Iglitzae) rep., est Bucaresti (III S. 7505 vidit Domaszewski). —*

1) Oriundus fuit ex ipsis castris legionis quintae Macedonicae Troesmensibus. De tribu Pollia castrorum cf. ad N. 2504 not. 5. — 2) Ex beneficiario consularis. — 3) A. 143. — 4) Miles eiusdem legionis quintae Macedonicae defunctus in expeditione Parthica, quae est ipsa nisi fallor haec Orientalis, memoratur in alio titulo Troesmensi III 6189. — 5) Cf. supra N. 1092. — 6) Videtur esse C. Iulius Severus consul ord. a. 153 et postea legatus Syriae Pataestinae (C. I. Gr. 4029). — 7) Cf. vit. Veri c. 7, Dio 74, 25, Suidas s. v. Μάρτιος (ex Dione, cf. Dio ed. Dindorf 4 p. 171), Fronto ad Verum imp. 2, 3 p. 154 Nab. Consul fuit suffectus a. 166 (dipl.), iterum ordinarius a. 179. — 8) Germanica, scilicet expeditione. — 9) Sex. Calpurnium Agricolam, legatum